Deo O. M. Duce.

Syntheses Tum Galenicæ, Tum Chymicæ, E Codice Medicamentario Parisiensi Depromptæ, Celeberrimo Parisiensium Pharmacopæorum Ordini Submittendæ,

Moderatore Petro Josse Pharmacopoeorum Parisiensium Socio.

E Galenicis

Syrupus Capillorum Veneris

℞ Capillorum Veneris Canad. . . ℥i.
infundantur per duas horas in aqua
Bullientis . . . . . . ℔vj.
Coletur Liquor et cum Sacchari
Albi . . . . ℔iv.
fiat Syrupus aquâ naphæ si lubet aromatizandus.

Syrupus Magistralis Astringens

℞ Rhei Electi tenuiter concisi . . . ℥iß.
Santali Citrini.
Cinnamomi. ana . . . . . ʒi.
myrobalanorum Citrin. . . . . ℥i.
macerentur in Vase clauso per duodecim horas leni calore in Decocti Plantaginis ℔iij
Cola Tum
℞ Rosarum Rubr. exsiccat. . . . ℥ij.
Balaustiorum . . . . ʒi.
Succi Berberis
Ribesiorum. ana . . . ℥iv
Macerentur eodem modo per duodecim horas in Aquæ Rosarum. . . . . . ℥viij
Fiat Colatura cum expressione; Ambæ colaturæ simul mixtæ et defæcatæ cum
Sacchari Albi . . . . . ℔iß.
Coquantur Secundum artem in Syrupum

Extractum Aloes.

℞ Aloes Soccotorinæ contritæ Q.V.
Mitte in vas idoneum Affundendo Aquæ
ferventis . . . . S.Q.
Solve Balneo Maris; Liquorem cola decanta vapora Balneo Maris, in vasis faventinis planis ad Siccitatem

Lenitivum

℞ Hordei integri.
Rad. Sic. Polypodii Querni contusi.
Passularum Exacinatarum . . ãã ℥ij.
Jujubas
Sebesten
Pruna Damascena. ana N°. XX.
Tamarindorum . . . . ℥ij.
Fol. Linguæ Cervinæ Recent. . ℥iß.
Mercur. Recentis . . . ℥iv.
Semin. Violarum.
Glycyrrhisæ rasæ et contusæ ãã . ʒi.
Fiat Decoctum in aqua. S.Q. dum Quinque libræ supersint addendo.
Foliorum Orientalium . . . ℥ij.
Semin. fœniculi dulcis . . . ʒij.
Colatura libris tribus adde
Sacchari Albi . . . . . ℔iij.
Pulpæ prunorum cum unâ parte decocti superstitis coctorum et trajectæ
Tamarindorum. cum reliquo decocto paratæ
Cassiæ . ana . . . . ℥vj.
Sennæ Pulveratæ . . . ℥v
Seminis anisi Pulverati . ʒij.
Misce Fiat Electarium.

E Galenicis.

Conserva Cynorrhodon

℞. Pulpæ fructuum Cynorrhodon ℔i.
Sacchari albi ad Electarii solidi consistentiam Cocti. . . . . ℔iss
Misce fiat Conserva S.A.

Unguentum Mercuriale Citrinum ad Scabiem

℞. ☿ii crudi Purificati . ℥ij.
🜅 Q.S. ad dissolutionem peragendam quâ Peractâ et refrigeratâ.
℞. Axungiæ Suillæ repurgatæ . ℔ij.
Tere in mortario marmoreo Sensim sine Sensu affundendo Dissolutionem ☿ii supradictam. Simul ac Commixta fuerint omnia, mixturam impone cito chartis in modulos plicatis. Paulò post indurescet axungia in formam tabellarum et erit Unguentum.

Emplastrum Norimbergense

℞. Minii . . . . . ℥vij.
Olei Rosarum . . . . ℥xx.
Ceræ flavæ . . . . ℔j.
Caphuræ. . . . . ʒvj.
Sebi Cervini . ana.
Aquæ Communis Q.S.
Fiat S.A. Emplastrum.

E Chymicis

Spiritus Salis Ammoniaci. Cum Calce.

℞ Salis ammoniaci . . . ℥viij.
Calcis vivæ . . . . . ℔iß.
Seorsim pulverata, et mixta inde in retortam Capacem loricatam affunde
Aquæ . . . . ℥vj.
Ori retortæ manum admove & agita statimque adapta Receptaculum amplissimum, commisuris non obturatis, sed arctè Conniventibus. Eductis per horæ quadrantem, et absque igne primis Spiritibus commissuras obsera Tum adhibeatur ignis arenæ lenissimus, gradatim augendus. Cum nihil amplius prodibit refrigeratis omnibus exemptum illico Spiritum serva in vase vitr. obturato.
Massa superstes Calcinata est Sal ammoniacum fixum, quod aëri humido expositum resolvitur et vocatur Oleum Calcis.

Spiritus Volatilis aromaticus Oleosus

℞ Cortic. Exter. Rec. Arantiorum
Citreorum ãã ℥vj.
Vanillæ Mex. Macis . . ãã . ℥ij.
Cariophyllorum . . . . ʒß.
Cinnamomi . . . . . ʒi.
Salis ammoniaci . . . . ℥iv.
incisis incidendis Contusis contundendis omnia mitte in retortam Vitream. Affunde
Aq. Cinnamomi simplicis
Spir. Vini Rectif. . . . ãã ℥iv.
Digere per aliquot dies vase obturato identidem agitando. Posthac adde
Salis tartari. . . . . ℥iv.
Admoto receptaculo commissuras diligenter obsera, Distilla Balneo Maris. Prodiens Liquor in vase idoneo Servabitur.

E Chymicis

Flores Benzoini.

℞ Benzoini Electi crassiusculè contriti.
Quantum Volueris
Mitte in ollam fictilem desuper ritè adaptato Cornicula Papyraceo, in modum Capitelli. igne leni. fiat Sublimatio
Refrigerato vase et corniculo; flores albos obtinebis singulis horis Colligendos donec flavi succedant.

Elixirium Cordiale et Stomachicum Vulgò De Garus

℞. Aloes . . . . . . ℥ijß.
Myrrhæ . . . . . ʒß.
Croci orientalis . . . . ʒij.
Cinnamomi acuti
Cariophyllorum
Nucis moschatæ . . . . ãã ℈i.
Mitte in matratium affunde
Spir. Vini Aqua vitæ dicti . ℔ij.
Aquæ Communis . . . ℥ij.
Digere ut artis est. per duodecim horas Distilla Balneo Maris ad Siccitatem Tum
℞. Spiritus distillati.
Syrupi Capillorum Veneris ãã P.Æ.
Aquæ dist.[ae] flor. Arantiorum . . Q.S.
Misce et post Dies Decanta, Fiat Elixirium

Laudanum liquidum Sydenamii.

℞ Opii Electi in taleolas secti. . . ℥ij.
Croci . . . . ℥i.
Cinnamomi
Caryophillorum. Pulveratorum ãã ʒij.
mitte in vas idoneum. affunde.
Vini Hispanici . . . . ℔i.
Digere per aliquot dies Balneo Maris vas identidem agitando cola et Serva.

Antimonium Diaphoreticum

℞. Reguli antimonii P.j.
Nitri Purissimi P.ij:
Pulverata. Misce.
Cochleatim injice in crucibulum Candens, Singulis vicibus detonent. Peractâ omni detonatione, augeatur ignis, per duas horas circiter, iis Elapsis auferatur Massa alba adhuc Calens, Refrigerata tundatur in pulverem Edulcorandum aquâ frigida lotionibus pluriès repetitis donec aqua nullo sapore imbuatur.

Nota. Quod Massa Alba Servari quoque Potest in vase vitreo accuratè clauso absque lotione et erit.

Antimonium Diaphoreticum non Lotum —

Quarum Synthesium versò inscriptarum Selectas Species,
Publicè Exponet Petrus Guyot in Averniâ Claro-Montanus
et de illis, Quæ, tum ad Historiam Naturalem,
Tum ad artis Praxin Pertinent,
Demonstrare ac Enarrare tentabit
Die Sabbati 8â Octobris Anni R. S. H. MDCCLXXXV.

Hasce verò Syntheses dein Conabitur
Perficere,
Diebus Lunæ, Martis, et Mercurii Sequentibus;
Perfectas tandem, Peritissimorum Magistrorum
Oculis et Examini Subjiciet,
Die Jovis Subsequenti, horis matutinis,
in Pharmacopæorum Parisiensium Ædibus,
et Collegio, Viâ Vulgò de L'Arbalêtre.

Pro Solemni Cooptatione

Has theses e codice depromptas Legimus et probavimus

Berthollet pharmaciæ professor primarius
Mallet pharmaciæ professor secundus
[illegible] Decanus

